



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

18. Trinitas nos redimens.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Quæ desiderijs finem dabit unica nostris,  
Fine carens Trini Visio clara Dei.

N. His tribus, quia infinitam quandam præferunt dignitatem, ut docet Ang. D. S. Tho. meliora dari non possunt; Humanitate Filij, Dignitate Matris, Visione beatificâ. (a) Incarnatio Verbi, est miraculum miraculorum ait S. Tho. q. 6. de potentia art. 2.

### S Y M B O L U M 18.

Trinitas nos redimens

*Tria in Verbo Incarnato, Verbum, Anima, Caro.*

**S**Upposito Veneranda Trias spectatur in uno,  
In Verbo, nostri quod fit (a) amore, Caro.  
Sumpta Caro, Deitas, est (b) Mens simul indita carni,  
(c) Compositum, triplex ousia, tale facit.  
Lucifer, Eva, Adam, damnans trias, Altera Salvans;  
Personis Deitas en Tribus Una Beans.

(a) I. Joan. (b) Quemodo in Christo ipso Incarnationis momento fuerit usus mentis rationis; & Actus meritorius oblationis sui, continuatus usque ad mortem, Vide apud DD. & D. Tho. 3. p. q. 34. (c) Quid jam in Unitate Essentia tres esse miramur Personas? plures jam ex integro in una Personâ Naturas mirare. Gilb. serm. 2. in eanticâ.

### S Y M B O L U M 19.

Triplex Christi Actiones,  
*Divinæ, Humanæ, The-antricæ.*

**A**Ctio Divina est Divino Numine manans,  
(a) Qualis naturæ quæ superabat opus.  
Nascitur & vagit, lacrymatur, verbera suffert,  
Esurit atque sitit, ceu homo purus, edit.  
Quidquid Homo simul atque Deus, vel passus & egit,  
(b) In Triadis summum cessit id omne Decus.